UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

1. Quid scriptura tradat, de annis Iudicum & Regum, ab Exodo, ad initium Templi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN LIBRVM IVDICVM,

QVÆSTIO I.

Quid ſcriptura tradat, de annis Iudicum & Regum ab Exodo ad initium templi Salomonis. Quæſtio.

1\. MOyſes poſt migratam Ægyptum, annos 40. populum gubernauit, Moyſis
vt ſupra oſtendi. Moyſi ſucceſſit Ioſue, qui quidem annos 110. vixiſ- præfectura.
ſe traditur. Ioſue 24. v. 29. & Iud. 2. v. 8. quãto vero tempore Princi-
patum tenuerit, ſacra eloquia non expreſſere. De Senioribus, qui Io-
ſue ſuperſtites fuerunt, hoc notatum habemus ibid. v. 7. *Seruieruntq; Domino* (Iſ-
raelitæ) *cunctis diebus eius* (Ioſue) *& ſeniorum, qui longo poſt eum vixerunt tempore, &
nouerant opera Domini quæ fecerat cum Iſrael.*

2\. Cum verò Hebræi, ſenibus iſtis vita functis Deum offendiſſent; *tradidit* 1. Seruitus
eos in manus Chuſan Raſathaim regis Meſopotamiæ, ſeruieruntq; ei octo annis. Iud. 3. v.
8. A qua ſeruitute per Othonielem liberati ſunt, quieuitque terra 40. annis & Othoniel
mortuus eſt Othoniel ib. v. 11. Seruieruntq; deinde filij Iſrael Egloni regi Moa- 2. Seruitus
bitarum 18. annis, cuius ſeruitutis iugum excuſſit Aod. *Humiliatusq; eſt Moab, in* Aod &
die illo ſub manu Iſrael, & quieuit terra 80. *annis.* ibid. v. 30. *Poſt hunc fuit Samgar filius* Samgar.
Anath, qui percuſſit de Philiſthijm ſexcentos viros vomere, & ipſe quoque defendit Iſrael.
ibid. v. 31. *Iabin etiam rex Chanaan per viginti annos vehementer oppreſſerat Iſraelitas.* 3. Seruitus.
Erat autem Debbora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore. Iud. Barac.
4. v. 3. & 4. Deuicto rege Iabin addit Scriptura; *quieuit terra per quadraginta an-
nis.* ibid. v. 24. & cap. 5. v. 32.

3\. *Fecerunt autem filij Iſrael malum in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manu*
Madian ſeptem annis. cap. 6. v. 1. *Humiliatus eſt autem Madian coram filijs Iſrael, nec po-* 4. Serui-
tus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gedeon. tuerunt vltra ceruices eleuare, ſed quieuit terra per viginti annos, quibus Gedeon p
Abimelech. Cap. 8. v. 28. Inde regnauit Abimelech ſuper Iſrael tribus annis. Cap. 9. v.
Thola. 4. Poſt Abimelech ſurrexit Dux in Iſrael Thola &c. & iudicauit Iſraelem
Iair. & tribus annis. Cap 10. v. 1. & 2. Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudica
raelem per viginti & duos annos, v. 3. Poſt hæc Iſraelitæ ob ſua crimina
5 Seruitus. ſthæis & Ammonitis afflicti ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem & o
Iephthe. & 9. Iephthe ad ſui Principatus initium videtur inſinuare, iam ab annis
tis Hebræos trans Iordanem ſedes fixas habuiſſe Cap. 11. v. 26. Iudicauit
Abeſan. Iephthe Iſrael 6. annis. Cap. 12. v. 7. Poſt hũc, Abeſan iudicauit Iſrael, 7. ann
Ahialon. ſucceſſit Ahialon Zabulonites & iudicauit Iſrael 10. annis. v. 14. Rurſumq; filij Iſ
6. Seruitus. malũ in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manus Philiſthijm, 40. annis. Ca
Samſon. 5. Samſon iudicauit Iſrael in diebus Philiſthijm viginti annis. Cap. 15. v.
pite 16. v. 31. Heli iudicauit Iſrael quadraginta annis. 1. Reg. 4. v. 18.
manſit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati ſunt dies, erat quippe iam an
mus. 1. Reg. 7. v. 22. Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpiſſet: duobus
regnauit ſuper Iſrael. 1. Reg. 13. v. 1. Filius triginta annorum erat Dauid cum reg
piſſet, & quadraginta annis regnauit. 2. Reg. 5. v. 4. Huc etiam ſpectat, quod
tur Act. 13. à v. 18. Et per quadraginta annorum tempus, mores eorum
in deſerto. Et deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, & ſorte diſtr
terram eorum, quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos: & p
dedit iudices, vſq; ad Samuel Prophetam. Et exinde poſtulauerunt
dedit illis Deus Saul filium Cis virum de tribu Beniamin, annis quadr

Coroll. 1. 6. Hinc patet primò, ſex notari ſeruitutes, quarum primæ aſſignantur
ſecundæ 18. tertiæ 20. quartæ 7. quintæ 18. ſextæ 40. ex quibus conſurgu
Coroll. 2. annorum centum vndecim.

Quot ſint anni à morte cuiuslibet Iudicis ad mortem ſequentis. Anni ſeruitutum.

7. Patet ſecundò, adſcribi Othonieli annos 40. Aodo 80. Debboræ
40. Gedeoni 40. Abimelecho 3. Tholæ 23. Iairo 22. Iephthe 6. Abeſa
ni 10. Abdoni 8. Samſoni 20. Heli 40. qui anni in ſummam collecti
339. ab Othoniele vſq; ad Heli incluſiuè: ſi vero adijciantur anni illi
vndecim ſeruitutum; conſient 450. Anni illi 20, quibus Arca fuit in C
rim, non ſolent diſtingui ab annis Samuelis: quot verò anni tum Sa
Sauli debeantur, infra diſquiram.

QVÆSTIO II.

Quomodo anni 480. ab Exodo ad templum co ſoleant.

Autores inter ſe diſſident.

1. TAmetſi communis ſententiæ auctores, ab Exodo ad annum
Salomonis annos 480, computant: non tamen omnes eand

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN